



Epistola ad Lignitradent  
fulda zu Halle Jan. 1835.



9a

*[Faint, mostly illegible handwritten text in a Gothic script, possibly Latin or Church Slavonic.]*

*[Faint handwritten word or phrase.]*

*[Faint, mostly illegible handwritten text in a Gothic script.]*

*[Faint, mostly illegible handwritten text in a Gothic script.]*

**ВІСІМНАДЦАТИ**

**ІРИ-ІНАВЕНІС ГЕНДРІ АГО ВІРТЕЛБ НОВІ**

**ІУА ТЯКЕСЦІК КІЧАТМХІ**

**ГОСТИЦАТ**

*[Faint text visible on the left edge of the page, likely from the reverse side.]*

*[Faint text visible on the right edge of the page, likely from the reverse side.]*





VIRI-JUVENIS GENERE AC VIRTUTE NOBILIS

## DN. JOACHIMI VON-SELIGER,

RUDOLPHOPOLI IV. EIDUS MARTIAS,

Quæ erant dies GREGORIO Sacer,

Anno ∞ 1500 XIX. Morte placidissimâ confopiti, & d. po-  
stero ibidem solemniter in commune magnæ Matris  
gremium illati.**H**eu Novus ad mæstas mihi nuncius appulit aures!

Tristior heu refugis fama refertur equis!

Florem SELIGERUM florentem robore &amp; annis

Demisisse caput per pia fata suum.

Heu tantum quis fervorem MAORTIS ad arma

Addidit; &amp; patriam linquere jussit humum?

Quis dilectorum complexibus ajo, PARENTUM

Avellens docuit classica pulsa sequi?

MAIORUM Sanguis, quorum de stirpe renascens,

Sæctari illorum facta animosa cupis.

Egener insigni lepus haud generatur ab urso:

Ex Aquilâ haud ortum garrulus anser habet!

Sed fortes Natura viros è stemmate forti

[nîl præter solitum nixa] creare solet.

Præcipuè ANTONI Patruelis ad ðrea mentem

Perculit, &amp; somnum ducere passa brevem.

Qui quum ROMANI quoq; CONSILIARIUS Aula

CAESARIS optatus; maluit arma sequi.

Nam licet horrentis non unica signa GRADIVI

Ferret, &amp; EUNOMIAE Lux foret una sacra:

MELCHIOR ò RHEDERE, Tuis tamen adfuit orsis,

Sæpè tibi factus per gravia arcta comes.

LEUKETIAE Tres ille dies fumaria circum

Cum Domino latuit, quum laniena fuit.

Fuit ab UNGARICIS propellere finibus hostem

CHRISTIADUM, ad MOSCHOS deinde reflexit iter.

Heic alacer petiit pulcram per vulnera mortem,

Pro Dominiq; ratus funere dulce mori.

Non excelsa suæ patiuntur pectora terræ

Adfigi; cæli mobilis instar habent.

Non eadem plerunq; malo super orbe diurnant;

Sed repetunt, fuerant unde coorta, polum.

Mollibus iccirco minimè es JOACHIME, querelis

Urgendus: decoras quippe per arma genus.

Et quamvis cita mors ingentibus obstitit ausis;

Est tamen incepto gloria parta bono.

Nos inter quam nulla queat delere vetustas,

Quaq; tuo generi mente reposta fiet.

ANTONI virtus vivit, tua vivet in illâ,

Sortis uterq; estis, mortis honore pares.

Ergò suos Virtute fleat plebs infima cassos;

Hosce viros orbi MORTA mori ipsa vetat.

Spiritus in cælis æternum PASCHA celebrat,

Et mortem &amp; MARTEM ridet, humumq; malam!

Omni sepositum corpus jacet absq; querelâ,

Et placidè extremum dormit ad usq; diem;

Dùm retegat viridè REX CHRISTUS ab æthere tumbam,

Et vitæ æternæ ad gaudia dia vocet.

Nos mirè exagitat belli lacrymabilis horror;

Mortuus in DOMINI Pace BEATUS ovat.

Consolandor, honesti S. Parentum &  
allevandi mei. ipsius desiderii cau-  
sâ moerens adf. faciebam

MELCHIOR HAUSIUS.












4/c 37

VD17







VIRI-JUVENIS GENERE AC VIRTUTE NOBILIS

# DN. JOACHIMI VON-SELIGER,


RUDOLPHOPOLI IV. EIDUS MARTIAS,

Quæ erant dies GREGORIO Sacer,

Anno ∞ 100 XIX. Morte placidissimá confopiti, & d. po-  
stero ibidem solemniter in commune magnæ Matris

gremium illati.

**H**eu Novus ad n  
 Tristior heu  
 Florem SELIGER ū  
 Demisisse caput pe  
 Heu tantum quis ferro  
 Addidit; & patr  
 Quis dilectorum comp  
 Avellens docuit c  
 MAIORUM Sangu  
 Sædari illorum fac  
 egener insigni lep  
 Ex Aquilá haud  
 Sed fortes Natura v  
 [nîl præter solitum  
 Præcipue ANTONI  
 Perculit, & somn  
 Qui quum ROMAN  
 CAESARIS optat  
 Nam licet horrentis r  
 Ferret, & EUN  
 MELCHIOR ò RHE  
 Sæpè tibi factus p  
 LEUKETIAE Tres i  
 Cum Domino la  
 Juvit ab UNGARIC  
 CHRISTIADUM  
 Heic alacer petiit pu  
 Pro Dominiq; ra



res!  
 et!  
 it iter.

Non excelsa suæ patiuntur pectora terræ  
 Adfigi; cæli mobilis instar habent.  
 Non eadem plerunq; malo super orbe diurnant;  
 Sed repetunt, fuerant unde coorta, polum.  
 Mollibus iccirco minimè es JOACHIME, querelis  
 Urgendus: decoras quippe per arma genus.  
 Et quamvis cita mors ingentibus obstitit ausis;  
 Est tamen incepto gloria parta bono.  
 Nos inter quam nulla queat delere vetustas,  
 Quaq; tuo generi mente reposta fiet.  
 ANTONI virtus vivit, tua vivet in illa,  
 Sortis uterq; estis, mortis honore pares.  
 Ergò suos Virtute fleat plebs infima cassos;  
 Hosce viros orbi MORTA mori ipsa vetat.  
 Spiritus in cælis æternum PASCHA celebrat,  
 Et mortem & MARTEM ridet, humumq; malam!  
 Omni sepositum corpus jacet absq; querelá,  
 Et placidè extremum dormit ad usq; diem;  
 Dùm retegat viridẽ REX CHRISTUS ab æthere tumbam,  
 Et vitæ æternæ ad gaudia dia vocet.  
 Nos mirè exagitat belli lacrymabilis horror;  
 Mortuus in DOMINI Pace BEATUS ovat.

Consolador, honesti S. Parentum &  
 allevandi mei- ipsius desiderii cau-  
 sâ mœrens adf. faciebam

MELCHIOR HAUSIUS.

